

tenus in dubio feudum antiquum vel nouum praesumatur, copiose, post alios explanant Iacobus Menochius de praesumptionibus libro 3. praesumpt. 93. Iosephus Mascardus volum. 2. de probationibus, conclus. 771. Fachineus dicto libr. 7. controuerf. iur. cap. 59. Schr. der. d. par. 2. cap. 3. num. 41. Bocer. d. cap. 5. numer. 94. Vulteius dicto libro primo, cap. 8. num. 8. Mozzius de feud. in capit. de natura feud. & Rudinger. dicto libro 1. cap. 27. Harpr.

g Antiquum. ] Hic cadit notabilis dubitatio. Vassallus committit contra dominum feloniam dignam priuatione feudi, dominus remittit, nunquid ex hoc feudum dicatur esse nouum an vero remaneat antiquum? vide per Iacobum in suis Quaestionibus feud. lib. 16. numero 240. Giachar. h Videtur Iacob. ] Vi-

de feudo nouo, nunquid tale feudum mutabit naturam, ita quod, censeatur debeat feudum nouum, non autem feudum antiquum? Respond. quod quantum ad ipsum dominum concedentem, & quantum ad ipsum vassallum recipientem procul dubio censebitur feudum nouum, ex quo uterque ipsorum potuit sibi pacto in inuestitu. apposto praedictare: & hoc est indubitatum. Quo vero ad filios, siue agnatos ipsius recipientis, quibus ex tenore primi inuestiturae erat ius quasi tum, non potuit dominus, neque vassallus in eorum praedictum aliquid facere: & ideo talis inuestitura eis non praedicta dicatur. Ita tenet Bald. in cap. 1. num. 20. an agnat. vel filius, quem ceteri sequuntur, vt ait Iac. in verbo, Ita quod ipsi inuestiti, post nu. 14. vers. Sed ponamus. Quod tamen intelligi procedere, nisi etiam

illis praedictaret. Et ita loquuntur omnes Doctores in hoc proposito.

6 Sed pone si Vassallus ex aliqua causa incidit in priuationem feudi, quod erat antiquum, puta, propter feloniam, in gratitudinem, vel huiusmodi, ita quod feudum ipsum aperiebatur domino (de quo tamen vide, quae dixi infra quae. 66.) modo dominus remittit hanc culpam ipsi vassallo: Quaro, an maneat feudum antiquum, an autem censeatur tanquam feudum nouum? Respondeo, quod remanet feudum antiquum. Ita tenet gloss. in cap. Imperialem. §. in super, in verbo, priuetur, de prohib. feud. alien. per Frider. quem ceteri Scribentes sequuntur, vt dicit Iacob. in verbo, Dicitur vassalli. el. 1. numero 64. Iden etiam tenuit in l. quod dicitur, la. 1. in principio, numero nono, ff. de impen. in reb. dotal. fac. Hanc tamen conclusionem intellige, vt procedat, quando non est ad huc contra ipsam vassallam secuta sententia super priuatione: vel quando culpa non erat talis, propter quam vassallus ipso iure feudum amisisset: nam eo casu utique remanet feudum antiquum, prout erat antea: secus autem, si idem fuisset priuatus ipso iure, vel per sententiam. Ita dicit Bald. in d. §. in super, num. 8. & ita communiter distinguunt omnes Scribentes, vt ait Molin. in consuet. Paris. feud. §. 30. num. 105. Credo etiam, quod si post appaere de aliqua fraude, quia scilicet dominus, & vassallus simul collusissent, vt agnatos a suo iure excluderent, esset eis ex aequitate succurrendum.

de etiam per eundem in suis quae. feud. q. 16. sub num. 24. Giachar.

QVAESTIO IX.

SVMARIA. Ex Claro.

- 1 Feudum quando dicatur esse ex pacto, & prouidentia, & quando hereditarium.
2 Feudum simpliciter, & absolute hereditarium an transeat ad quoscunque heredes, etiam extraneos.
3 Feudum concessum pro se, & filijs, vel liberis, an dicatur hereditarium.
4 Feudum concessum pro se, & filijs, & heredibus an requiratur quod filij sint etiam heredes.
5 Et an hoc casu requiratur, quod sint heredes vassalli ultimo loco defuncti, an autem sufficiat quod sint heredes primirequiritis.
6 Et quid si feudum concessum sit alicui, nulla facta mentione filiorum, nec heredum.
7 Feudum concessum pro se, & heredibus, an dicatur hereditarium.
8 Et quid si concessum sit pro se, & filijs, & heredibus ab eis legitime descendentibus.

9 Et quid si concessam fuerit pro se, & heredibus masculis.

Ex Additionibus.

- 1 Feudum ex pacto, & prouidentia quid.
2 Feudum hereditarium quid.
3 Feudum mixtum quod dicatur.
4 Vtrum feudum simpliciter concessum praesumatur ex pacto, & prouidentiam, an vero hereditarium.
5 In omni dispositione praesumendum in dubio est id, quod de propria re natura est.
6 Feudum ex pacto, & prouidentia propriam feudi retinet naturam.
7 Pacta, cum sint facta, non praesumentur.
8 Feudum hereditarium non nisi pacto constituitur.
9 Contrahentes in dubio censeantur se conformare voluisse dispositione iuris communis.
10 Feudum regulariter ad masculos tantum pertinet.
11 In dubio magis fauetur sanguini, quam causa extranea.
12 In dubio sententiam favorabilior recipienda.
13 Quatenus in dubio quilibet sibi, & suis heredibus prospicere censeatur.

ADDITIONES.

1 Qvaliter intelligatur aliquod feudum esse ex pacto, & prouidentia. ] Feudum ex pacto, & prouidentia, vulgo dicitur, cum feudum alicui, pro se, & filijs suis, vel liberis, nulla heredium facta mentione, conceditur: feudum vero hereditarium appellatur, quando in inuestitura vocabulum heredis expresse usurpatur. Ita sentiunt, vltra Clarum nostrum, & alios per eum hic cumulat, Hartman. Pistoris libro secundo, quaestio iur. quaestio prima, numero primo. Arius Pinellus ad l. 1. parte 3. numero 84. & sequenti. C. de bon. matern. Bartol. Camer. in capit. Imperialem, §. praeterea ducatus, de prohib. feud,

QVAEST. IX. Valde utilis, & quotidiana.

a Na est illa quaestio, qualiter intelligatur aliquod feudum alien. per Frider. Schrader. in tract. feud. part. 3. nu. 19. & sequet. Borcholt. in comment. in consuetudines feud. cap. 3. diuis. 4. Fachin. lib. 7. controuerf. iur. cap. 3. Henricus a Rosenthal. in tract. feud. cap. 2. conclus. 33. & ceteri complures ab his laudati. Verum huic diuisioni, communi Doctorum calculo receptae, ac passim etiam in Curijs vsque comprobatae, quid inspecta veritate iuris defendendum sit, abunde, & accurate exponunt Dn. Collega Bocer. in tract. de qualit. & different. feud. cap. 5. H. in tract. feud. in cursu de feudo ex pacto, & prouidentia, & c. cap. 1. & seq. De eadem diuisione videatur Andr. Knichen. libro 1. de pact. inuestitur. cap. 2. num. 13. Harpr.

b Ex pacto, & prouidentia. ] Ad materiam hic nota, quod in feudo ex pacto, & prouidentia admittuntur filij agnati, tametsi haud sint haeredes primi inuestiti, vel ultimi defuncti: commune vide Roland. consil. 67. nu. 21. & in collecta mea commun. opin. in verbo feudum nu. 50. Item nota, quod feudum ex pacto, & prouidentia pro se & liberis, quorum primi contrahentes semper voluerunt conferuari, non potest vendi etiam cum consensu domini directi in praedictum liberorum vocatorum. Commune vide ibidem num. seq. Giach.

c Hereditarium. ] Ad de comunem, vt per Roland. a Valle post ab eo citatos in consil. 67. nu. 9. & consil. 97. num. 39. vol. 1. & consil. 3. num. 17. vol. 4. Giach.

d Concessum est pro se. ] Adde, quod etiam dicitur hereditarium, quando reperitur concessum simpliciter, nulla facta mentione heredium, commun. per Rolan. consil. 3. numer. 15. Item quando est concessum pro se, & filijs commun. per Rol. ibi num. 17. item quando est concessum pro se, filijs & heredibus, commun. per eund. ibi nu. 19. & de istis comunibus opinio. mea num. 23. cum multis sequentibus & nu. 27. cu multis alijs sequentibus. vbi etiam succedere volens debet esse haeres, num. 40. Item in feudo hereditario concessio pro se, & heredibus, & successoribus, vt quis admittatur, requiritur, vt sit haeres primi inuestiti, vel ultimi defuncti, de cuius persona tractatur num. 40. quoniam non sufficit, quod sit haeres sanguinis, nisi etiam sit hereditatis. Commune num. 42. item quod sit haeres vniuersalis, commune num. 43. Giach.

e Ex pacto, & prouidentia. ] Item concessum cum dictione, masculis, nullo alio verbo apposto, facit, vt feudum dicatur ex pacto, & prouidentia, at fecus quando adiunguntur illa verba, pro filijs masculis heredibus, quia

b esse pacto, & prouidentia, & qualiter hereditarium, in qua materia Doctores multum intricate loquuntur. Præmitte ergo, quod dupliciter intelligi potest feudum esse hereditarium, primo scilicet, quoad hoc, vt tale feudum de sui natura sit transitorium ad quoscunque heredes: & sic, quod eo, quod quis est haeres vassalli, admittatur ad feudum. Secundo vero, quoad hoc, vt de natura ipsius feudi non possit aliquis in eo succedere, nisi etiam sit haeres, & sic in primo casu qualitas, quod sit haeres, sufficit ad succedendum in ipso feudo: in secundo autem casu non sufficit, sed bene requiritur, quod concurrat.

2 Hoc praemisso dic, quod tria sunt in hoc proposito genera feudorum. Aliquod enim est feudum simpliciter, & absolute hereditarium, puta, quando concessum est pro se, & heredibus quibuscumque: & ad hoc, vt quis in tali feudo succedat, sufficit, quod sit haeres, nec alia qualitas requiritur: & ideo tale feudum transeat ad quoscunque etiam extraneos heredes. Ita dicit Bald. in l. cum virum. post nu. 21. C. de fideicom. qui in hoc communiter approbatur, vt ait Gigas de pensio. quæst. 19. num. 13. Idem etiam tenet Bald. in cap. Imperialem. in princ. num. 19. de prohib. feudi alien. per Frider. Et est communis opinio, vt ait Socin. inter consil. feud. Brun. consil. 19. nu. 2. Curt. iun. consil. 183. nu. 6. & in tract. feud. in vlt. parte, tertij partis princ. quæst. 2. Ripa in l. ex facto, §. si quis ita, post num. 16. vers. Ex quibus constat, ff. ad Trebel. & in l. quaesitum, §. si quis cum tutor. num. 4. & seq. ff. de priuil. credit. Crauet. consil. 256. post nu. 8. vers. His tamen, Paris. consil. 23. num. 170. lib. 1. Socin. iun. consil. 103. num. 28. lib. 2. Et dicit Molin. in Apostil. ad Alex. consil. 30. sub num. 11. lib. 1. in fine Apostil. quod hæc est crebrior, & verior opin. licet in princip. Apostil. dicat, quod in hoc puncto quanto plura legit, tanto minus discernere potuit, quæ sit crebrior opin. adeo Doctores Doctoribus, imò ijdem sibi ipsis contradicunt. Sed quicquid dicat Molin. opin. Bald.

4 Quandoque & tertio, feudum non est neque simpliciter hereditarium, neque simpliciter ex pacto, & prouidentia, sed participat de utroque, puta, quando est concessum pro se, & filijs, & heredibus, & eo casu requiritur, quod ille, qui vult in tali feudo succedere, sit filius, & sit etiam haeres, & sic, quod in eo vtraque qualitas concurrat. Ita tenet Iacob. de Beluis. in c. 1. de eo, qui sibi, & hered. & c. Bene verum est, quod in hoc fuit aliqua controuersia inter Scribentes. Nam contrarium videtur tenuisse Bald. in eod. c. 1. nu. 6. quod scilicet sufficiat ius sanguinis, neque requiratur ius hereditatis, sed huic opin. Baldi non adhaerent communiter Doct. vt dicit Alexan. consil. 19. nu. 16. lib. 5. Et dicit Alex. consil. 10. num. 3. lib. 3. quod conclusio Iacobi de Beluis. est communiter approbata, quem refert Paris. consil. 2. num. 26. lib. 1. & consil. 3. num. 17. eod. volum. & consil. 4. num. 28. eod. volum. & consil. 106. nu. 25. eod. vol. Hanc conclusionem dicit esse communem Ias. consil. 57. num. 1. lib. 1. & consil. 56. colum. 1. lib. 3. Ruin. consil. 16. nu. 6. lib. 1. Curt. iun. consil. 1. nu. 11. Paris. consil. 16. nu. 13. lib. 1. & consil. 23. nu. 167. eod. vol. & consil. 1. nu. 134. lib. 2. & consil. 48. nu. 9. & 10. lib. 4. Crauet. consil. 197. post nu. 5. vers. Hoc tamen fundamentum Socin. iun. consil. 114. post num. 12. lib. 2. Gratus consil. 4. num. 42. lib. 1. Et hanc opin. tanquam verior, & magis communem, semper vidi obseruari in practica, alias enim necesse esset fateri, quod illa verba, & heredibus, essent superflua.

5 Sed quæro, an oporteat eum, qui vult in huiusmodi feudo succedere, esse heredem vassalli ultimo loco defuncti, an autem sufficiat enim esse heredem primi acquirentis? Respondeo, quod in hoc etiam est altercatio inter Doctores, nam aliqui tenent, oportet.

tanquam magis communis obseruatur in practica.

3 Quandoque vero, & secundo, feudum est simpliciter, & absolute ex pacto, & prouidentia, puta, quando concessum est pro se, & filijs, vel pro se, & liberis, nulla facta mentione heredium, & hoc quidem feudum non dicitur hereditarium, secundum Andr. de Ifern. in cap. 1. §. hoc quoque. qui feud. dare poss. & est communis regula, vt ait Dec. consil. 445. num. 8. sed ad hoc, vt quis in tali feudo succedat, sufficit, quod sit filius, vel descendens ab illo primo acquirente: non autem requiritur, quod sit haeres. Et hæc est communis opinio vt dicit Ias. in leg. si post mortem, in princ. num. 3. ff. de leg. 1. & consil. 56. colum. fin. in princ. ibi ego, lib. 3. Bene verum est, quod in hoc casu secundum aliquos, est differentia inter filios, & agnatos: nam multi tenent, quod in hoc feudo locum habeat dispositio cap. 1. an filius, vel agnatus, de quo infra suo loco dicimus, in quæst. 76.

4 Quandoque & tertio, feudum non est neque simpliciter hereditarium, neque simpliciter ex pacto, & prouidentia, sed participat de utroque, puta, quando est concessum pro se, & filijs, & heredibus, & eo casu requiritur, quod ille, qui vult in tali feudo succedere, sit filius, & sit etiam haeres, & sic, quod in eo vtraque qualitas concurrat. Ita tenet Iacob. de Beluis. in c. 1. de eo, qui sibi, & hered. & c. Bene verum est, quod in hoc fuit aliqua controuersia inter Scribentes. Nam contrarium videtur tenuisse Bald. in eod. c. 1. nu. 6. quod scilicet sufficiat ius sanguinis, neque requiratur ius hereditatis, sed huic opin. Baldi non adhaerent communiter Doct. vt dicit Alexan. consil. 19. nu. 16. lib. 5. Et dicit Alex. consil. 10. num. 3. lib. 3. quod conclusio Iacobi de Beluis. est communiter approbata, quem refert Paris. consil. 2. num. 26. lib. 1. & consil. 3. num. 17. eod. volum. & consil. 4. num. 28. eod. volum. & consil. 106. nu. 25. eod. vol. Hanc conclusionem dicit esse communem Ias. consil. 57. num. 1. lib. 1. & consil. 56. colum. 1. lib. 3. Ruin. consil. 16. nu. 6. lib. 1. Curt. iun. consil. 1. nu. 11. Paris. consil. 16. nu. 13. lib. 1. & consil. 23. nu. 167. eod. vol. & consil. 1. nu. 134. lib. 2. & consil. 48. nu. 9. & 10. lib. 4. Crauet. consil. 197. post nu. 5. vers. Hoc tamen fundamentum Socin. iun. consil. 114. post num. 12. lib. 2. Gratus consil. 4. num. 42. lib. 1. Et hanc opin. tanquam verior, & magis communem, semper vidi obseruari in practica, alias enim necesse esset fateri, quod illa verba, & heredibus, essent superflua.

5 Sed quæro, an oporteat eum, qui vult in huiusmodi feudo succedere, esse heredem vassalli ultimo loco defuncti, an autem sufficiat enim esse heredem primi acquirentis? Respondeo, quod in hoc etiam est altercatio inter Doctores, nam aliqui tenent, oportet.

isto casu erit hereditarium, commune dixi ibid. nu. 47. sed quid quando datur alicui pro se, & suis liberis ex suo corpore legitime descendentibus, an dicatur hereditarium, vel ex pacto, & prouidentia? commune vtrunque vide ibid. numer. 48. 49. Feudum vero concessum pro se, & liberis, quod dicitur ex pacto, & prouidentia, commune vide per Nat. in consil. 68. ante nu. 2. vbi pro & contra, & dixi in dict. collect. mea num. 45. Giach.

f Feudum non est neque simpliciter hereditarium, nec simpliciter ex pacto, & c. ] Etsi communiter Doctores (quos refert & sequitur hic Clarus notiter) duobus prioribus feudorum generibus tertium addit, mixtum videlicet, quod habeat aliquid de feudo hereditario, & aliquid de feudo ex pacto, & prouidentia; ita vt concessum sit vassallo pro se, & filijs, vel liberis heredibus: attamen huiusmodi feudum nihil participat de feudo hereditario, sed mere, & absolute feudum esse ex pacto, & prouidentia, inrepede, affirmat probatque D. Bocer. dict. cap. 15. & Clarus a Kirchberg. d. discurfu de feudo ex pacto & c. cap. 2. num. 3. seqq. Harprec.

g Defuncti. ] De ista communi dixi plenius vbi sup. nu. 4. cum duob. seq. Giach.

h Mentione. ] Vbi vero esset concessum pro se, & hæredibus, & quibus dederit, tunc transiret etiam ad extraneos, commune Roland. in conf. 55. num. 36. vol. 3. quod etiam dixi in d. collect. mea verb. Feudum. num. 43. & fufius rium. 52. Giach.

Quando feudum est concessum simpliciter alicui, nulla facta mentione filiorum, neque heredum. ]

4 Quamuis plerique Interpretes censuerunt, in dubio feudum præsumendum esse hereditarium. Bald. in l. liberti. 10. num. 37. vers. quero de eod. C. de operis libertor. Curt. itin. in l. fin. nu. 83. C. de edict. D. Adr. tollend. Castr. conf. 2. nu. 18. & conf. 3. num. 9. item conf. 31. nu. 5. vol. 1. Alex. ad. conf. 18. nu. 9. Socin. sen. conf. 257. uol. 2. Neuzan. conf. 9. nu. 8. Brunus. conf. 18. nu. 4. Ruin. conf. 15. nu. 5. Gozadin. conf. 4. num. 11. Alciat. respons. 160. nu. 8. Natta. conf. 501. nu. 20. Cephal. conf. 152. nu. 55. uolunt. 2. & Gail. lib. 2. obseru. 154. nu. 8. uerior tamen, & in praxi receptior est contraria sententia exitimantium, feudum in dubio potius præsumi esse ex pacto, & prouidentia. Atque hanc, ultra Clarum nostrum hoc loco, tuentur assertionem Andreas de Hemia in c. 1. sed quia. & ibid. Aluarot. de his, qui feud. dar. poss. Afflict. in cap. 1. num. 62. in quib. caus. feud. amitt. Camerat. in cap. 1. quæst. 21. an agnat. uel fil. Menoch. libr. 3. de præsumptionibus, præsumpt. 9. Borcholt d. Commentar. in consuetud. feud. cap. 4. num. 19. Sigism. Loffred. confil. 1. num. 99. Io. Thomas de Marin. tit. 1. nu. 54. D. Bocer. d. tract. de qualit. & differ. feud. cap. 5. num. 36. Schrader. in tract. feud. part. 2. cap. 3. num. 31. Mynsinger. cent. 4. obseru. 2. Carol. à Kirchberg. d. discurs. de feud. ex pacto, & c. cap. 4. num. 177. cum seqq. Vulteus lib. 1. de feud. cap. 3. num. 32. uers. maluerunt igitur, & c. Hartman. Pistor. dict. lib. 2. quæst. 1. num. 75. cum seqq. Rudinger. lib. 1. uariat. lect. iur. feud. cap. 28. Niell. disput. feud. 1. thes. 10. & Berens disput. feud. 1. the. 66. Atque hæc sententia non debet ibi nititur fundamentis. Primo enim in omni dispositione, etiam feudali, præsumendum est in dubio id, quod est propria rei natura, non

oportere, quod sit hæres uasalli ultimo loco defuncti, & hanc dicit esse communem opin. Curt. iun. conf. 138. post num. 24. quem refert Socin. iun. confil. 188. num. 15. lib. 2. Aliqui uero tenent sufficere, quod mediante persona suorum antecessorum sit hæres primi inuestiti. Et hanc dicit esse communem Alexand. in d. conf. 10. num. 8. lib. 3. prout illum refert Gozad. conf. 3. num. 2. Et reuera Alexan. ibi expresse dicit, quod sit hæres primi recipientis. Idem etiam uidetur sensisse Alexan. & plures alij in locis supra allegatis, dum loquuntur alternatiue, scilicet, quod sit hæres, uel primi acquirentis, uel uasalli ultimo loco defuncti. Et hæc opinio magis mihi placet. Cum enim descendentes illius primi acquirentis succedant in ipso feudo, uirtute primæ inuestituræ, in qua fuerunt uocati ipse, & eius filij, & heredes, non est consideranda successio illius, apud quem feudum ultimo loco repertum est, sed tantummodo illius, cuius beneficio descendentes ipsi ad feudum admittuntur. Et ita secundum hanc opin. in facti contingentia iudicauit Senatus.

6 Sed quid dicendum est, quando feudum est concessum simpliciter alicui nulla facta mentione filiorum, neque heredum, puta, concedo tibi tale castrum in feudum, nunquid tale feudum (quod aliqui nominant informem) transibit ad hæres, an autem censetur concessio personalis, quæ non transeat ad descendentes, uel successores? Respon. quod tale feudum ita concessum nihilominus transit ad hæres, scilicet ad eos, qui alias ex natura feudi succedunt. Ita tenet Petrus de Bellapert. in l. apud Iulianum, §. si quis alicui ff. de leg. 1. & est communis opinio, ut attestatur Iaf. in d. §. si quis alicui. nu. 9.

5 Primo enim in omni dispositione, etiam feudali, præsumendum est in dubio id, quod est propria rei natura, non

quod ab ea recedit. tit. 1. §. hoc autem 3. in fin. lib. 1. feudor. tit. 2. §. præterea 2. lib. 2. F. l. si prius 17. ff. de aqua, & aqua pluui. arc. Sed si feudum ex pacto, & prouidentia est feudum proprium, ac propriam feudi naturam retinet: quoniam omnium feudorum hoc proprium est, quod non hereditario, sed potius sanguinis iure transeat in successores, ut latius ostendit Pistoris d. q. 1. num. 1. & 15. Deinde pacta, cum facti sunt, non præsumuntur. tit. idem si uasallus 1. lib. 1. F. & tit. 2. §. præterea si aliquis 2. lib. 2. F. Atqui feudum hereditarium non constituitur, nisi expresse inuestituræ pacto id actum fuerit, per tex. in c. 1. ibi, si quis ea lege, de feud. non habente propr. feud. natur. tit. 48. lib. 2. F. Ergo in dubio non præsumitur feudum hereditarium. Adhæc et contrahentes in dubio censentur se conformare uoluisse dispositioni iuris communis, per c. cum dilectus 8. extr. de consuetud. l. hæredes mei 57. §. 1. ff. ad S. C. T. ebellian. 1. quamquam 62. ff. de rit. nupt. cum similib. Iuris autem feudalis auctoritate feudum est eius naturæ, ut ad descendentes mascululos tantum, sine ulla qualitate hereditaria, pertineat, per tex. in c. 1. §. fin. quib. caus. feud. amitt. tit. 23. & in cap. 1. de natura success. feud. tit. 50. iuncto textu in d. cap. 1. de feud. non habent. prop. feud. natur. tit. 48. lib. 2. F. Præterea in dubio magis fauetur sanguini. l. 1. §. largius 12. de successor. edict. quæ causæ extraneæ: cuius potior esset ratio, si feudum esset hereditarium, & in eo succederetur, ut in re alodiali. Extraneus n. hæres institutus præferretur agnato à uasallo præteritentes ipsius recipientis, puta, quando concessum est pro se, & liberis, uel pro se, & filijs, uel huiusmodi. Et hoc proprie uidetur dici feudum ex pacto, & prouidentia: quia & pactum, & prouidentia legis in hoc concurrunt, ut solum descendentes ipsius inuestiti, non autem heredes extranei in ipso feudo succedant.

Sunt enim beneficia principum (iuxta uulgares regulas) latissime interpretanda, non tamen in huiusmodi feudo succedunt heredes extranei, quia hoc esset contra naturam feudorum, in quibus regulariter non succedunt extranei heredes ut dixi infra qu. 83. Et sic uides, quod hoc feudum ita simpliciter concessum perinde est, ac si concessum esset expresse pro se, & filijs suis mascululis tantum: & ad hoc allegatur gl. quæ tamē in lib. meo hoc non dicit in cap. 1. quib. mod. feud. const. pot. ubi Bald. nu. 4. refert glossa ita expresse dicere, subdēs, & tene mēti in corde tuo, quia est notabile. Et illa gl. dicit esse communiter receptam Didac. lib. 2. resolu. cap. 17. nu. 3. in fin. ubi etiam dicit, quod hoc uidetur magis receptum apud eos, qui de feudis tractauerunt.

Et in hoc proposito nota, quod in feudis potest considerari duplex prouidentia, scilicet legis, & hominis. Prouidentia legis est, ut feudum de sui natura non transeat nisi ad descendentes, & ideo sine feudum sit concessum simpliciter (ut superius dixi) nulla facta mentione filiorum, neque heredum, siue concessum sit pro se, & heredibus: nihilominus tale feudum ex prouidentia legis non transit nisi ad descendentes mascululos, non autem ad extraneos heredes. Prouidentia autem hominis est, quando ex tenore ipsius inuestituræ uocatur expresse solummodo descendentes ipsius recipientis, puta, quando concessum est pro se, & liberis, uel pro se, & filijs, uel huiusmodi. Et hoc proprie uidetur dici feudum ex pacto, & prouidentia: quia & pactum, & prouidentia legis in hoc concurrunt, ut solum descendentes ipsius inuestiti, non autem heredes extranei in ipso feudo succedant.

bio quilibet sibi, & hæredibus suis prospicere credatur, l. si pactum 9. ff. de probationib. & tit. 18. lib. 2. F. Nam id primo accipi debet, si natura negotij, de quo agitur, non repugnet. Menoch. d. lib. 3. præsumpt. 93. num. 4. D. Bocer. dict. cap. 5. num. 37. Dein istud axioma intelligi poterit iuxta materiam lib. e.

subiectam de hæredibus feudilibus, idest, sanguinis: ita quod acquirens non sibi tantum, sed etiam successoribus suis feudilibus feudum acquirere uoluerit. Rudinger. dicto cap. 28. numero septimo. Carolus à Kirchberg. dicto cap. quarto. numero 179. Harprec.

7 Nunc prosequendo eandem materiam, quero. an feudum receptum pro se, & heredibus, dicatur hereditarium? Resp. si intelligas hereditarium simpliciter, & absolute, id est, quod transeat ad quoscunque heredes etiam extraneos, certum est, quod non est hereditarium, ut ex prædictis apparet, et latius dixi infra in d. q. 83. sed si intelligas hereditarium, scilicet in quo non possit succedere, nisi qui sit hæres, dico, quod est hereditarium. Et ita tenuit Andr. de Isern. in c. 1. Si hoc quoque de his qui feud. dare poss. & est communis regula, ut ait Dec. conf. 445. nu. 8. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Campegi inter consil. feud. Brun. conf. 11. num. 3. & seq. Brun. conf. 24. nu. 1. Licet enim in materia feudali uerbum, Hæredibus, intelligatur de descendentes, & sic ratione subiectæ materie trabatur ultra propriam significationem: retinet tamen adhuc suam propriam significationem, & sic includit utrumque, scilicet descendentes, & heredes, alterum ex natura ipsius uerbi, alterum ex natura rei, super qua pronunciat.

8 Sed quid si feudum acceptum sit pro se, & filijs, & heredibus ab eis legitime descendentes? Resp. pariter dicendum est, quod censeri debet hereditarium, & ita se habet magis communis opin. ut ait Paris. conf. 4. nu. 27. lib. 1. Afflict.

QVÆSTIO X. SVMMARIA. Ex Claro.

Feuda Regalia, uel dignitatem, quæ dicantur.

ADDITIONES.

1 Quæ dicantur feuda regalia. ] Regale feudum ex Schneideuvin. de feud. parte prima, num. 30. uulgo nom inatur quod dignitatem aliquam regalem annexam habet: non regale quod omnis dignitatis est expert. Laudens. in cap. 1. num. 30. de his, qui feud. dar. poss. Iacobus de S. Georgio de feud. super uerb. in feudum, num. 5. Rainaud. in Compend. feud. numero 21. Bald. Iacob. Aluarot. Præposit. & Iaf. in prælud. feud. 1. diuis. Io. Ferrar. in tractatu feud. lib. 1. capit. 6. diuis. 3.

2 Quæro, quæ dicantur feuda regalia, uel feuda dignitatum? Respon. quod ad hoc, ut aliquod feudum dicatur regale, uel dignitatis, duo requiruntur. Pri-

3 Nec refragatur huic conclusioni, quod in dubio quilibet sibi, & hæredibus suis prospicere credatur, l. si pactum 9. ff. de probationib. & tit. 18. lib. 2. F. Nam id primo accipi debet, si natura negotij, de quo agitur, non repugnet. Menoch. d. lib. 3. præsumpt. 93. num. 4. D. Bocer. dict. cap. 5. num. 37. Dein istud axioma intelligi poterit iuxta materiam lib. e.

Non regale definitur, quod sit feudum nobile, auctoritate summi Principis concessum, cum dignitate, quæ regali sit in-

decif. 195. post nu. 7. subdens, quod ita pluris fuit indicatum: & ideo in tali feudo filijs, uel eorum descendentes non succedent, nisi etiam sint heredes: & ista est communis opin. ut dicit Sigismund. conf. feud. 52. nu. 55.

Item quero, quid si acceptum fuerit feudum pro se, & heredibus masculis? Resp. aliqui tenuerunt, quod illa qualitas masculinitatis adiecta operatur, quod feudum ita receptum, non dicatur hereditarium, & fuit opin. Rayn. in sua q. incip. Quidam habebat duos filios. & ita tenent omnes, ut dicit Iaf. in l. Gallus. §. etiam si parentes, nu. 22. ff. de liber. & posthu. quem refert Rubens conf. 110. nu. 5. in repet. l. Gallus. §. quidam recte. col. 68. uers. Dubitatur igitur quinto, & est communis opin. ut attestatur Bello. conf. 33. nu. 2.

Sed tu hic diligenter aduerte, quia si dictum Rayne. intelligatur, quod feudum ita receptum non sit hereditarium, quæ scilicet non transeat ad omnes, qui iure hereditario succedunt, etiam in extraneos, sed solum in descendentes mascululos, hoc nullam profusus habet difficultatem, quia etiam si non esset apposta illa qualitas masculinitatis, tamen ex natura feudi id erat expeditum, ut sepe dixi. Et dicit Socin. iun. confil. 188. nu. 7. lib. 2. quod est commune dictum, & non habet contradiçtorem. Et ita in hanc sententiam expresse illam decif. Ray. quæ fundatur super illa dictione, masculis, erit inanis & sine succo. Si uero intelligatur, quod illa qualitas masculinitatis operetur, quod feudum non sit hereditarium, quia scilicet descendentes masculi ad ipsam feudum admittantur, etiam si non sint heredes: Ego credo illam decisionem Rayn. esse falsam, & contra eum esse magis communem opin. prout etiam attestatur Rubens conf. 17. per totum consilium Didac. lib. 2. resolut. c. 18. ante nu. 4. Certe passus est arduus: & aliquando cum causa penderet de facto, ab utraque re qui situs, consulere recusauit.

Ex Additionibus.

- 1 Regale feudum quid.
2 Feudum non regale quid.
3 Alia regalis, & non regalis feudi definitio.
4 Feudum regale, & non regale a quo conferatur.

4 ferior. Auctoritate, inquam, Principis summi: quia non solum non regale, sed etiam regale feudum conferri potest: ipso facto etiam ab alio, quam Principe: quod tamen factum ratione iuris fingitur esse factum ipsius Principis: ut si ius intueamus, & originem rei, omne feudum nobile, siue regale sit, siue non regale, a summo Principe, & non ab alio conferri cõsuetur: si factum, etiam ab alio, quam a Principe: cū Princeps id faciat, uel per se ipsum, uel per alium. Ita eleganter docet D. Vulteus lib. 1. de feud. cap. 8. numer. 10. & D. Obrecht. disput. feud. 2. thes. 49. cum seqq. aduersus D. Bocerum aliter sentientem in tract.

5 ferior. Auctoritate, inquam, Principis summi: quia non solum non regale, sed etiam regale feudum conferri potest: ipso facto etiam ab alio, quam Principe: quod tamen factum ratione iuris fingitur esse factum ipsius Principis: ut si ius intueamus, & originem rei, omne feudum nobile, siue regale sit, siue non regale, a summo Principe, & non ab alio conferri cõsuetur: si factum, etiam ab alio, quam a Principe: cū Princeps id faciat, uel per se ipsum, uel per alium. Ita eleganter docet D. Vulteus lib. 1. de feud. cap. 8. numer. 10. & D. Obrecht. disput. feud. 2. thes. 49. cum seqq. aduersus D. Bocerum aliter sentientem in tract.

de qualit. & differ. feud. c. 3. nu. 18. & seqq. Harpre.

6 Dignitatum. ] Hic nota, quod feuda dignitatum, de quibus per Auctorem, sunt indiuidua. Istam regulam reassumit Duen. reg. 316. in Italia tamen per generalem consuetudinem diuiduntur, & in illis omnes pariter succedunt, neque habet locum primogenitura, commune dixi in collecta mea commun. opin. uerb. Feudum, num. 96. Item quod in feudis habentibus dignitatē permixta sit diuisio, etiam ex quo iurisdictionis exercitium potest diuidi. Commune dixi, ubi sup. num. 100. uide nu. 67. cum duobus seqq. Giachar.